

— 9 —
Flores colore ex purpura violaceo et albo variant.

Odor illorum amoenus, neruo sensibiliore tamen molestus: sapor omnium partium amarissimus.

Ab innumeris visitatur insectis.

Lignum durum, suaveolens, variegati coloris, ad varias seriniariorum operas feruens. Ex libra illius drachmam olei butyracei, odoris fere ligni Rhodii obtinuit WEISMANN.

Malleolis facile multiplicatur.

2. SYRINGA (*persica*) foliis lanceolatis. L.

Lilac folio Ligustri. Tourn.

Persischer Flieder. Kleiner Spanischer Flieder. Jasminflieder.

Fl. cum priori. h.

Arbuscula praecedenti humilior. Rami tenuiores, magis penduli. Folia lanceolata, integra vel dissecta. Flores carnei, suaveolentes.

Planta hybrida ex ♀ *Syringa vulgari* et ♂ *Iasmino officinali*.

E ramulis populi orientales fistulas conficiunt tabacinas.

ROSMARINVS.

Cor. inaequalis; labio superiore bipartito. Filamenta longa, curua, simplicia, cum dente.

1. ROSMARINVS (*officinalis*). L.

Rosmarinus hortensis angustiore folio. Tit.

Rosmarin.

Patria. Hispania, Gallia, Italia, Oriens.

In hybernaculis et conclauiibus. h. Flor. Iunio, Iulio.

Foliorum et praecipue calycum odor fortis, fragans: sapor calidus, acris, camphoraceus.

Vires illis sunt egregie resoluentes, neruinae, corroborantes, emmenagogae.

Corollae vix odorae vel sapidae.

Oves Monspelienses ab esu Rosmarini sapidas fortiuntur carnes.